



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XXXIII. De non recipiendis clericis, & de infirmando ordinatione eius qui
sine consensu episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ne habeantur alieni. Pater vero causas in Concilio se nouerit præstaturum ; mulier vero non admittatur ad communionem , nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo recesserit & pœnituerit , communionem in vltimo vitæ deficiens accipiat.

x x x I.

Deuotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis ; & recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem , ad nullius conuiuum Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit , etiam ea quæ illam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit , non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso marito , caste vixerit , aut post ipse de hac vita discesserit.

x x x II.

Nullus episcopus, neque presbyter, neque diaconus , neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem , quasi in loco * filiæ , aut matris , nisi forte fororem veram ex germanitate, aut fororem vel matris vel patris, & illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter & religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem & confortium prohibemus , & eorum qui nec in Dei timore subiecti sunt, nec continentiaæ retinent disciplinam.

x x x III.

Si quis in contemptu positus presbyter vel dia-

* filiæ,
aut foro-
ris, aut
matris,

conus, vel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia, nullo modo in alia suscipiatur ecclesia, sed omni modo compellatur, vt ad suam reuertatur ecclesiam: si autem permanserit in superbia, & reuersti noluerit, excommunicetur & proiiciatur. Si quis ^{* al. cum in sua eccl. ordi-} autem episcopus ausus fuerit in ^{* sua} ecclesia ordinare, non consentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio eius vacua deputetur.

XXXIV.

Si quis presbyter aut diaconus, aut aliquis de clero, propriam ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, & ibi multo tempore demoratur, omnino nunquam ministret in clero: & si admonuerit eum episcopus suus, vt ad suam redeat parochiam, & redire noluerit, vbi est, ibi de suo officio deponatur; ita vt nunquam in suo reuertatur gradu propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum suscepit, qui de reatu eius est conscius, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi Concilio non admitti, vt ecclesiasticum Canonem vltra non soluat.

XXXV.

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus ex-
communicatus, in Concilio iniuste se queritur con-
demnatum, ad maius episcoporum Concilium re-
uertatur; & eorum inquisitionem & iudicium ex-
pectans, si quas se iustas causas habere putat, expo-
nat. Si autem contempserit, & ^{* importans} se pa-
latio, aures principum inquietare voluerit, hic ad
nullam veniam poterit peruenire, neque spem futu-
ræ reconciliationis habebit.

<sup>21.9.4. Si
quis episco-
pus ex Cœc.
Antioch.
Can. 12.</sup>

Concil. Tom. 12.

Rrrr ij

^{* impor-}
^{tunans}
^{alias, im-}
^{portunus}
^{palatio}